

« Noi Giovanni Soranzo, per grazia di Dio, doge di Venezia,
 » di Dalmazia e di Croazia, signore di una quarta parte e mezzo
 » di tutto l'impero di Romania (1). Commettiamo a voi nobili

(1) « Nos Joannes Superantio Dei gra-
 » tia Venetiarum, Dalmatiae atque Croatiae
 » dux, dominus quartae partis et dimidiae
 » totius imperii Romaniae. Committimus
 » vobis nobilibus viris Marino Zeno et An-
 » dreae Michaëli fidelibus nostris dilectis,
 » quod nostri ambasciatores ire debeatis
 » Tarvisium ad Potestatem, Ancianos, Con-
 » silium et Commune ipsius terrae, quibus
 » ex parte nostra, sicut convenit et ani-
 » chabiliter salutatis exponere debeatis,
 » quod notorium et manifestum est, quod
 » inter eos et Commune Venetiarum et ho-
 » mines Tarvisii fuit et continuavit semper
 » affectus magnae dilectionis et amoris,
 » qui crevit per tempora et multiplicavit
 » ob benaplicata et servitia collata in simul
 » hinc inde et vere dicere possumus, quod
 » inter omnes circumvicos nostros Com-
 » mune et homines Tarvisii et statum pro-
 » sperum ipsorum et specialibus et magnis
 » intime modis dileximus et ad conserva-
 » tionem communis status ipsorum nos ex-
 » posuimus et dedimus operam toto posse et
 » daremus et dare intendimus tempore quo-
 » libet tamquam pro amicis et fratribus ca-
 » rissimis, quos sinceris affectibus amplexa-
 » mur, et quia adeo carus est ipsorum
 » amor, movemur merito dare operam
 » cum affectu, quod ea, quae ipsius amoris
 » et dilectionis turbatitia, immo contraria
 » tollantur et removeantur de medio et
 » suam cum nostra credimus conformari
 » intentionem et animum ipsorum; et si
 » fait unquam, vel est, res quae posset tur-
 » bare et obscurare perfectionem tantae di-
 » lectionis, fuit et est id, quod proditoris
 » nostri, qui commiserunt tam nefarium et
 » inauditum scelus et perfidam proditio-

» nem notam omnibus in suversationem et
 » n-cem patriae sua et Communis Venetia-
 » rum contra Deum et justitiam et sine ali-
 » qua causa de mundo, immo habentes tam
 » bonam causam conservandi et defenden-
 » di statum bonum Communis Venetiarum
 » honores, gratias et beneficia multum am-
 » pla, sicut notorium est omnibus, et pro-
 » pier tantum scelus et iniquitatem ipso-
 » rum debent odio esse et abominabiles
 » toti mundo, et precipue Communi et ho-
 » minibus Tarvisii dilectissimis amicis no-
 » stris, qui rationabiliter habent statum no-
 » strum suum, sicut nos suum nostrum ra-
 » tionaliter reputamus, et pro eo etiam
 » quod praesumi et comprehendendi dare po-
 » test quid in aliena patria agerent illi qui
 » suam propriam offendere et subvertere
 » taliter sunt conati. Et quoniam cognovi-
 » mus, quod stantes proditores ipsi non
 » cessant procurare aliud nisi ut inter nos
 » et eos scandalum et errorem inducant et
 » semina odii inserant. Alias eos requisivi-
 » mus et rogavimus instanter, ut eis place-
 » ret dictos proditores de Tarysio et di-
 » strictu licentiare, ut remotis obstaculis
 » amoris affectus libere facerent cursum
 » suum. Et quia nobis dederunt bonam re-
 » sponsionem de facto, expectavimus spe-
 » rantes, quod illos licentiarent et cum li-
 » centiati non videantur esse hucusque.
 » Nos sperantes, quod ipsi nostrum amo-
 » rem carum haberent, sicut nos suum, et
 » quid ipsi cognoscunt et viderint aperte
 » sicut et nos defectus praedictos et quod
 » nostri nobiles et alii fideles non frequen-
 » tant, nec veniunt ad terram suam et per
 » districtum Tarvisii, sicut soliti erant in
 » qua frequentatione affectio mutua reci-